

1465

P O L E M I C I.

1466

funt alibi. Sermone I. in illud: *Hora est iam nos de somno surgere. Rom. 13.* ita ordiente: *Ecclesia facit hodie mencionem de aduentu cristi &c.*

IV. fol. 153. Opusculum de *Sex Jugis*, ut alibi. Initium: *Ut simplices sacerdotes zelo animarum succensi &c.*

V. fol. 155. p. 2. Enumeratio eorum, quae Regi in Clerum competunt. Initium: *Discipulus quidam venerabilis doctoris evangelici &c.* Eodem ordine habetur et alias.

VI. fol. 157. absque inscriptione *Traçtatus de Eucharistia* relatus alibi, cujus initium: *Sententia tractatus de Eucharistia in compendio sic habetur &c.* Adjunctum habet in praesenti *Exemplo* Indicem; intercedit tamen

VII. fol. 207. p. 2. Dissertatio in illud: *Mulierem fortem quis inueniet. Prov. ult.* *Mulier illa Nostro Ecclesia est, quam pro more suo reformari cupit. Inter alia: Ego autem non consentio, quasi regnum Anglie uel alius christianus laboret ad proximos hostiliter inuadendum, sed istud affectuose appeto, quod omne regnum christianismi in quo ecclesia est dotata, caritative incipiat a se ipso, tollens a clero venenosum dominium, quod contra legem dei clero proditorie est collatum &c.* *To venenosum* monet, latere hic forsitan *Scriptum*, cui *Baleus* titulum fecit: *De legibus et ueneno.*

CCCLXXXIX.

Codex maximam partem chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 229. 4. commode perscriptus, et rubricis enotatus varia *Job. Wiclefi* Opuscula hoc ordine complectitur: I. *Responsum ad Argumenta* cujusdam Socii, quod incipit: *Quidam socius quem suppono esse emulum veritatis &c.* et indicatum est etiam alibi. Ad calcem: *Pexlitic repsonosi Soibanni Giamtris arguadmetan custudma liemu tisetari.* Lege: *Explicit responsio Johannis Magistri ad argumenta cuiusdam emuli ueritatis.* Atque in hunc modum nugax Librarius, fortassis ut Autorem tegetet, *literarum μεταθεσιu* in sequentibus etiam *Claufulis* adhibet, quod semel monuisse sufficiat.

II. fol. 17. ut in calce: *De Satbane Solucione.* Init: *Quantum ad obiectum fratrum &c.* ut alibi.

III. fol. 19. *De fundacione Sectarum.* Init: *Motus sum per quosdam veritatis amicos &c.* ut alibi. Ad calcem scriptum dicitur *Anno MCCCCIX.* Itaque et hic Codex *Βιβλιοπωραυ* effugit, quam anno insequente *Archiepiscopus Prag.* incendit. In *Bohemia* enim exaratum fuisse, manifestum est.

IV. fol. 34. p. 2. *De quatuor Sectis nouellis.* Init: *Secundum tres uirtutes Theologicas &c.* ut alibi.

V. fol. 46. p. 2. *Responsio ad 44. questiones Monachales.* Init: *Quidam*

1467

C O D I C E S

1468

Quidam doctor utinam veritatis &c. ut alibi. Hic ad calcem vocantur Argucie.

VI. fol. 66. *Epistola missa ad Episcopum Nortwicensem contra Pape cruciatam. Init: Quia ista monstrosa dissensio inter papas &c. ut Cod. CCCLXXXV. ubi inscripta de Dissensionibus Papparum, nihilque de Episcopo.*

VII. fol. 67. *Responsio ad octodecim Argumenta (Radulphi) Strode. Init: Quia secundum philosophum sanctum est &c. ut alibi. Etiam hic, ut saepius, adjectum ad calcem: Ha ha namnychy! i. e. Euge, in Monachos!*

VIII. fol. 75. p. 2. *De ordinatione fratrum. Init: Cum Christus sit primus et nouissimus &c. ut Cod. CCCCIV. ubi inscribitur: De Sedis Monachorum.*

IX. fol. 79. *De citationibus friuolis et alijs versutijs. Init: Si papa uel eius uicario citante &c. ut alibi.*

X. fol. 83. p. 2. *Brevicula duo: Questio cuiusdam zelatoris veritatis, quae init: Quidam scolaris vel secularis probus zelator &c. Et: Dictum de gradibus cleri ecclesie, quod init: Uidetur autem sanctis doctoribus quod superfluit &c. ut alibi, ubi in unum compacta.*

XI. fol. 85. *Expositio Matth. 23. Capituli. Init: Cum sapientia dei patris sit nucleus &c. ut alibi.*

XII. fol. 98. p. 2. *Expositio Matth. 24. Capituli. Init: Quia euangelium istud est multis absconditum &c. ut alibi.*

XIII. fol. 107. *De confessionibus. Init: Duo sunt sacramenta precipua &c. ut alibi.*

XIV. fol. 110. p. 2. *De Ecclesia. Init: Suppositis dictis de fide tam in simbolo &c. ut alibi.*

XV. fol. 120. p. 2. *De Ordine Christianorum. Init: Ad declarandam veritatem fidei et omnem errorem perfidie &c. ut alibi.*

XVI. fol. 124. *De Christo et suo Adversario. Init: Secundum Catholicos Ecclesia est predestinatorum uniuersitas &c. ut alibi.*

XVII. fol. 134. *Cruciata. Init: Cum secundum fidem catholicam Rom. 8. &c. ut alibi.*

XVIII. fol. 144. *Minuta quaedam. Epistola ad Archiep. Cantuar. De Fundatore religionis. Epistola ad simplices Sacerdotes. Conclusio de Officio Regis. Quatuor Interpretaciones. Dubium de Peccato in Spiritum sanctum. De mendacijs Fratrum. Epistola missa Urbano sexto. Litera parua ad quendam Socium, qui hic dicitur Radulphus Strode. Epistola missa ad Ep. Lincoln. De Amore sive de quintuplici Questione. Quae omnia, ut ex Indice liquet, pluries relata sunt.*

XIX. fol. 148. p. 2. *De Fratribus. Cod. CCCCIV. additur: Minoribus se extollentibus. Init: Cum viantes et fratres specialiter contendant &c.*

XX. fol. 156. *Opusculis Wiclefianis interjectum est alia manu Testimonium F. Thomae de Vtino Prioris Conuentus S. Dominici fratrum predicatorum Bononiensis datum Anno Millesimo CCCCX.*

Indictione

1469

P O L E M I C I.

1470

Indictione tertia die uero Mercurij que erat XXV. mensis Nouembris hora terciarum uel quasi Pontificatus — Johannis pape uicesimi tercii Anno primo. In Ciuitate Bonon. In Ecclesia seu Monasterio — in ambitu superiori Conuentus — honorabili et scientifico viro Johanni de Jessenicz Arcium liberalium Magistro Baccal. in decretis et Collegiato Collegij Regis Wenceslai in Ciuitate Pragen. quod de mandato Papae mense Augusto collegerit in aedibus Oddonis Card. de Columpna (postea Martini V.) Magistros et Doctores Bononienses, Parisienses et Oxonienses, quos habere potuit, deliberaturos de Libris Job. Wiclefi, quorum combustionem urgebant Jaroslaus Episcopus Sareptensis frater de ordine Minorum et Jacobus Canonicus Pragensis. Ibi tandem conclusum fuisse: quod nullomodo comburantur, ex eo signanter quod ex tali combustionem inferretur scandalum et confusio Vniuersitati Oxoniensi, cuius dictus Magister Johannes professor sacre Theologie extitit, Eciam in hoc Vniuersitas Pragensis confunderetur, et maius scisma in regno Bohemie generaretur, Et eciam absurdum esset et veritati contrarium, quod libri logicales phisicales Morales et Theologicales dicti Magistri Johannis, in quibus multa uera bona et utilia continentur, a studentibus scolasticis remouerentur. Addit F. Thomas mira modestia: Sed quod certi articuli per me de Dyalogo Trialogo et Corpore chri-

sti collecti, qui mihi tunc apparebant erronei, non tamen dico et assero illos erroneos, in regno Bohemie publicarentur, et quod illos nullus teneret defenderet uel dogmatifaret, publice mandaretur et inbiberetur. Testes sunt: Johannes Nicolai Hasenzagel de Zacz Presb. Prag. Dioc. et Thomas Jessconis de Sczrenpnio Presb. Poznan. Dioc. Notarius uero, cuius et Signum adpictum, Hainricus quondam Johannis dicti Penick de lobenstein clericus Nuemburgen. Dioc. Notum est studium Johannis de Jessenicz in Job. Hufsum, cuius nomine Legationem hanc Bononiensem obiverit, et testimonium retulerit, in cuius ἀυθεντιαν inquirent, quibus vacat. Confusio sane Academiae Oxon. metuenda non erat, quae ipsa hoc anno Wiclefi Scripta exuffit, ut habes in Job. Foxi Rerum in Eccl. gestar. Basil. 1559. P. I. p. 15. f.

XXI. fol. 157. Job. Wiclefi de VII. Donis Spiritus sancti. Init: Cum spiritus sanctus sit tertia persona &c. ut alibi.

XXII. fol. 162. De triplici uinculo Amoris. Init: Tria sunt uincula amoris &c. ut alibi.

XXIII. fol. 169. p. 2. Verbum communiter dicendum clero, dominis, et populo regni nostri. Init: Frons meretricis facta est populo &c. Alias inscribitur: De Demonio meridiano, ut Codd. DCCCCLXVIII. et alias.

XXIV. fol. 171. De noua preuaricantia mandatorum. Init: Cum secundum

1471

C O D I C E S

1472

secundum veritatis testimonium Matth. 19. ad ingressum &c. ut alibi.

XXV. fol. 181. *De Diabolo et membris eius.* Init: *Fertur quendam fratrem inflatum superbia &c. ut alibi.*

XXVI. fol. 184. p. 2. *De Religione priuata.* Init: *In materia de religione priuata ponitur &c. ut alibi.*

XXVII. fol. 191. *De gradibus cleri ecclesie.* Init: *Cum scientia inflat secundum apostolum &c. ut Cod. CCCLXXXV. ubi inscriptum: De graduacionibus scolasticis.*

XXVIII. fol. 194. p. 2. *De Eukaristia.* Init: *In materia de eukaristia est quedam posicio heretica &c. ut Cod. CCCLXXXV. ubi tantum inscribitur: Posicio Discipuli M. Iohannis.*

XXIX. fol. 209. p. 2. *Pastorale.* Init: *Cum duplex debet esse officium christiani &c. ut alibi. Hic accedit in fine Index.*

XXX. fol. 226. p. 2. *De religione priuata.* Init: *Utrum religio priuata sit datum optimum &c. ut alibi. Ad calcem: Explicit hoc opusculum finitum in aduentu Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo. Codex Marginum Summariis, ut alii haecenus relati, diligenter instructus, et hinc inde oculis Bohemicis aspersus est.*

CCCXC.

935 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 83. 4. non una ma-

nu, sed maximam partem nitide scriptus sequentia continet *Job. Wiclefi* Opuscula: I. *Logicam*, cujus initium: *Motus sum per quosdam legis dei amicos certum tractatum ad declarandam logicam sacre scripture compilare &c. Quamvis Baleus et Tannerus* varia enumerent Scripta Nostri logicalia, neuter tamen hujusmodi initium tradit. Vides, quo ille *Logicam* suam referat, *Theologiae* suae videlicet jam inde praefruens. *Extrema sunt: Ergo paulus non erit perfectior quam petrus.*

II. fol. 16. absque inscriptione *Logicae* Continuatio sequitur hoc initio: *Iuuenum* rogatibus quibus afficior superatus tres tractatus *Summulas suppositiones et consequentias* quas eis collegeram continentes pro faciliore doctrina superioris partis logice propono contexere &c. *Summulas Logicales* adpellat *Baleus*, quibus istud initium statuit, atque de *Propositionibus exclusiuis et exceptiuis* peculiarem Librum facit, qui tamen *Tractatum* nostrum secundum fol. 27. constituit. Tertium *Tractatum*, qui de *cunctis Speciebus yppetice* agere deberet, in *Codice* non reperio.

III. fol. 58. *Tractatus*, ut e calce adsumo, de *Vniuersalibus*. Praeit *Elenchus Capitum*. Initium *Tractatus*: *In purgando errores circa uniuersalia sunt tria introductoria premittenda &c. Ut alibi. Ad calcem minio: Explicit — venerabilis Magistri Iohannis de wykliff doctoris eximij.*